



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa  
Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones  
Occurrentes & Funebres**

**Tylkowski, Wojciech**

**Oliva, 1686**

In Funere alicujus in dignitate sæculari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](#)

N. missi duo isti Angeli ut eam explorarent, in signum fertilitatis hunc botrum extulerunt. Locus è quo in Palæstina decerptus est botrus, dicebatur Neschel Eschol, hoc est, rarus botri, sic dici debet & hic locus è quo decerptus hic botrus, rarus, fluxerunt Patri lachrymæ, & merito. Cyrus ut scribit Greg. Richter, habuit vitem auream, botri ïmaginæ. Talis hæc familia, deest botrus. Fuerunt botri quales vidit in somnis Pincerna Pharaonis, & de illis dabat Regi vinum. Ne follicteris Pater, verbis te compello quibus Martiam Romanam Philosophus lugentem de obitu Filii, *Filium tibi Dñs immortales non diu datur, statim talem dederunt, qualis diu effici potest: quidquid ad summum pervenit ad exitum properat. Eripit se ex oculis austertaque perfecta virtus, nec ultimum tempus expectant, que in primo maturuerunt.* S. Macario obtulit quidam botrum, hic discipulo, ille alteri, & sic deinceps, tandem ad Macarium redit, qui illum D E O obtulit. Dedecrat tibi ô Pater, DEUS botrum, tu illum Academiis &c. reddit ad te, offers illum DFO. Mortuus N. intrepide. Henrico Duci Bavariæ apparet S. Wolfgangus scriptit in pariete Post sex, ille putabat se moriturum post horas sex, deinde dies, &c. interea post sex annos factus Cæsar. Et illi datum Elogium. *Seipsum singulis senariis superabat, & post mortem identidem vivebat.* Et N. expectando mortem, acquisivit celum. Dispositio Defuncti qualis? Jam valedicit tibi ô Rex, ô Patria &c. Clausit vitam, claudio sermonem.

### In Funere alicujus in dignitate Sæculari.

**M**OS antiquus est Polonorum, ut in funere Regum frangantur Regis sigilla, in funere alicujus ex sua familia ultimi stemmata rumpantur. Quid hoc? an quia ut ad Iepul-

pulchrum perveniamus non est opus armis, an quia in morte  
jam nova stemmata incipiunt, scilicet calvariae pictæ &c.  
Certius est, ut fragilitas nostra indicetur, mortuus cadit ut  
arbor Dñ. 4. Succidite arborem, & præcidite frondes ejus.  
Solus Christus in virga ferrea regit, cæteri sunt ut vaſa figuli.  
Aug. lib. 12. de Civit. Regis cælestis virga ferrea est, Regum ter-  
restrium virga fragiles sunt, propter quod addit, confringes eos.  
4. Reg. 18. Rex quidam appellatur baculus arundineus & con-  
fractus Quare Hebrei cum memoriam celebrarent viri for-  
tissimi Banajæ, appellabant diem illum ut scribit Rabbi Mem-  
bre. Planctum super fracturam virga seu fulcri. Facimus ho-  
die planctum luper fracturam N. fulcri Patriæ. Planctus  
ab ipso DEO in tali casu imperatus est Ezech. 30. Hac dicit D.  
DEUS, ululate, cum ceciderint vulnerati in Aegypto, & destruxerint  
fundamenta eus, & corruerint fulcientes Aegyptum. Plangamus,  
Plangit familia, uxor, Filii &c. Ezech. 19. Marcuerunt & are-  
factæ sunt virga roboris ejus: non fuit in ea virga fortis. Arbor  
fuit N. &c. Planctus est, & erit in planctum. Sed an in solo fi-  
stent luctu posteri Defuncti N? Jer. 48. Consolamini cum omnes  
qui estis in circuitu ejus, & universi qui scitis nomen ejus, dicite,  
quomodo confracta est virga fortis? Fracta sub onere Patriæ.  
Bene mundum descripsit Pelusiota lib. 2. Epist. Mundus est  
perpetua ruinarum ruina, quod explicabitur ex verbis Chrysost.  
hom. 30. ad 1. Cor. Caduca est hominum natura, pulchritu-  
sæ properat ad deformitatem, robur ad imbecillitatem, honor ad  
contemptum, sanitas ruat ad morbum, gloria ad vilitatem, divitiae  
ad paupertatem. Sed & Euseb. lib. 11. de præpar. Evang. c. 7.  
Natura nostra inter ortum & mortem consistens instabilis est, cor-  
rumpitur enim infans in puerum, puer in juvenem, juvenis in vi-  
rum, vir in senem. Et qui heri fuit, in eum qui est hodie, quique  
est, in crastinum; manet autem nullus idem. Hoc idem est in  
toto

toto mundo. Assyriorum Monarchiæ, successerunt Mediæ istæ Persæ, Græci Persis, Græcis Romani. Idem fit in Regnis, Carthaginem occuparunt Asiatici, Babylonem Europei Macedones, Saraceni Italiam, Astri Hispaniam, in Græciam intraverunt Gallogræcia, in Galliam Franconia. Rursus in Galliam, Iamiam, Hispaniam, Vandali, Goths, Sarmatæ, in Sarmatiam Slavones. Idem in civitatibus, Bizantium convertitur in Constantinopolim, Memphis in Cairum, Carthago in Tunetum, Carrodunum in Cracoviam, aliae in desertos campos, quid bella, naufragia? Fulciunt ruinas mundi magni viri, dignitibus utuntur ut fulcris, Fulcivit N. Alii solùm fulciunt genere, alii ore, alii re. Parum est solo genere. Nazianz. Clavis sum stirpe, aut, quid ergo? verminoso nimis rurum & puerido Patri & Avi sceptro niteris, & ruinâ potius quam fulcro fulciris, solis aliis sepulchris vincis, & rescriptis novis, quies scriptus non educatus es. Sed hoc fulcrum debile. Job. 9. Innaretur super Dominum suum & non stabit, fulciet eam & non consurget. Jactat genus, de illo dici potest. Prov. 14. In ore stulti virga superbia. In manu nihil; sunt ut Rebecca, ut mulier. Gen. 24. Cuius filia est filia Béthuelis filii Nachor, quem peperit ei Melcha. At videbet esse ut David. 1. Reg. 17. De qua progenie es ô Adolestanus dixitque David, filius Isai Beethleemita ego sum. Et tamen ex nobiliore fuit domo quam Rebecca, sed notus erat cræde Goliathi. De Rebecca dici potest, quod Hieron. in epitaphio Fabiolæ, genus memoravit, ut quod infire non poterat, in virgo & radicibus demonstraret. At Pelusiota lib. 1. Epist. de Davide. Vide mihi pastorem puerum, baculum unico & familiam suam, & Iudeam sustentantem. Ita N. defunctus, non deerat illi genus, erat velut arbor plena hostium spoliis. Possum illi quod Eszech 19. dicere. Mater tua quasi vinea in sanguine tuo plantata, frondes ejus creverunt, & factæ sunt et virgæ solida in sceptris d.

0702

miran

minantium, & exaltata est statura ejus inter frondes & vides altitudinem suam in medio palmitum suorum. Sunt ibi Majores &c. Sed facta sua N. adjecit. Mater tua quasi vitis, & quasi flos factus es virga solida. Num flos fulcit? de columnis templi Salomonici, 3. Reg. 7. Capitella columnarum quasi opere lili fabricata erant. Et Ecclesia Cant. 5. petet. Fulcite me floribus, Greg. per flores, tyrones & incipientes designantur, flos est Juvenis cum bene instituitur. Ego flos campi, jam campo & publico aspergunt, gronadillus excrescit in columellam, sed inter spinas non delicias. Ita N. crevit primò in Scholis, in devotio ne, studio, deinde in aulis, crevit ut Aaron cuius virga floruit Num. 17. in tabernaculo.

Fulcivit ora, Ilai 18. eloquentiam vocat Virgam oris, dicit Apostolis Ps. 18. In omnem terram exivit sonus, &c. Symmachus legit, & fines orbis terra stant supra verba eorum. Fulcivit verba. In comitiolis N. &c. in judiciis, Ilai. II. *Judicabis in iustitia pauperes, & arguet in equitate pro mansuetis terrae, & percutiet terram virga oris sui.* Pauperes. Quia Divites potius per amicas comparitiones quam per strepitum juris conveniunt inter se, præterea magis à Judice fulciendi pauperes, quia facilius cadunt causam quam Divites. *Percutiet terram virga oris sui.* Quid hoc? Apoc. I. De ore ejus procedebat gladius, quia verbum DEI tam est efficax atque gladius. Ps. 148. *Dixit & facta sunt.* Talis debet esse qui Patriæ servit, sed quare terram percutit? omnes respectus terrestres contemnit. Exod. 17. dictum Moysi. *Percuties petram, & ex ea exibit aqua, ut bibat populus,* scilicet ille qui tamdiu sitiit iusticiam, Ps. 84. *Veritas de terra orta est.* In quæ verba Theodoret. *Ut sapè fons in terra, ita veritas in causis latet, percute semel & stillabit, percute iterum & fluet, percute tertio & exundabit, gratis omnes bibent,* Talis eloquentia fuit N. componebat discordes, pauperi succurre-

O

curre-

currebat; cum viciniis concors, offensas remittebat, redimbat captivos, causas difficiles ut laxa, Ps. 104. *Dirupti petram & fluxerunt aquae, abierunt in secco flumina, nempe veritatis in secco, apud pauperes Pl. 81.* Covocatis terræ Dominis dixit, *Ego dixi Dius es tu, Ibid. DEUS, sicut in Synagoga Deorum &c. Judices Deos vocat, locum judiciorum Synagogam, sive Ecclesiam. Dii, ut ita agant, ac ipse DEUS ageret, & alspicit an ita agant, in medio autem DEO s dijudicat.* Sed ad hæc quid aliqui Judices? Pl. 81. Nescierunt neque intellexerunt, sed quid inde sequitur. *Movebantur omnia fundamenta terre. Omnia territoria, Sigebert.* in Chronico. Cùm inique fuisset iudicatos Gregorius Antiochenensis, terra contremuit; Cùm Chrysoſt. & Theophilo damnatus, Thracia, Propontis, Constantinopolis, contremuit. Quia cecidit fulcrum, Prov. 10. *Iustitia firmatur solum, Confracta est sella sub Valente Imp. cùm vellet scribere decretum contra S. Basilium.* Rustici terras fundant & earum opes, cùm illi ruunt, etiam istæ. 1. Reg. 2. Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem, in hæc Rupert. Afflictos terræ Hebrei intelligunt, super quos Dominum, orbem posuisse dicunt, quia eorum meritū terram stare autemant. Iti pauperes sunt nihilum, sed Job. 26. Appendit terram supra nihilum. Consilia etiam sunt fulera Prov. 11. Ubi non est gubernator populus corruet. Vatablus & Pagninus legunt. Ubi non sunt consilia, populus corruet.

Proderat & reipsâ N. Fulcrum est panis seu bona tempestas. Ezech. 14. *Fili hominis, terra cùm peccaverit mihi, excludam manum meam super eam, & conteram virgam panis ejus, & imitteram in eam famem.* & cap. 4. *Fili hominis ecce ego conteram baculum panis in Jerusalem, ut comedant panem in pondere & sollicitudine.* Isai 3. *Robur panis.* Psal. 104. *Firmamentum panis, non parcerat pani N, in bello, Fulcivit Ecclesiam.* 3. Reg. 10. *Facit rex*

Rex de lignis ihyinis fulcra domus Domini, & domus Regiae, & cyatharas lyrasque cantoribus & Quare de iisdem e respondet Pelusieta lib. 1. epist. quia non est melior consonantia, quam quando simul fulciuntur aulae Regiae & templum. Panethion Graecus in Bibliis Photii, dum illa explicat Ps. 67. Regna terra cantate DEO, dicit. Regna terrae sapienter DEO contant, in quibus privata communibus, terrena caelestibus consonant, dum Ecclesia sovetur. Synesius de Regno. Pietas primum sub sternitur, fulcrum, & crepido, cui firmiter insitum simulachrum Regni. Ethnicus dixit Plut. contra Collat. Mibi videtur citius sine solo Reip. quam sine Religione, aut constituti, aut constituta servari. Ethnicus Val. Max. l. 1. c. 58. Non dubitaverunt sacris imperia servire, ita se rerum humanarum futura regimen existimantia, si Divina potentia, bene atque constanter essent famulata. Defunctor N. sicut hic conventus, servivit Regi, servivit Ecclesiae, meruit de se dici, quod de Onia filio Eccl. 50. dictum. Simon Onia filius in diebus suis suffulsa domum, & in vita sua corroboravit templum. Erexit N. pro antiquis templis nova, construxit Notocomia, fuit filius Onia zelosi, pauperes studiosos juvit. Providentiam vidit Jerem. I. Video virginem vigilantem fulcrum vigilans, non lupulus huic virginem adhærebatur, gaudebat si digitæ personæ ejus pane velcerentur.

Sed omnia in mundo fragilia, decebat super omnes virginem Moysis durare, sed consumpta, vix particulæ superflunt Romæ in Laterano, & Suesione in Gallia, sed manent coram DEO. DEUS vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, ne mirum, Isai. 55. Sicut exaltantur cœli à terra, sic cogitationes meæ à cogitationibus vestris, & viæ meæ à viâ vestris, dixit Dominus, cum homo destruit, rem quasi vult in nihilum reducere, DEUS destruit ut aliquid novi faciat, Isai 19. Percutiet Dominus Aegyptum & sanabit eam, Thren. 2. Cogitavis Domi-

nus distipare murum filia Ierusalem, tetendit funiculum ut novam  
 (cilibet ædificet. Ps. 146. Qui sanat contritos corde, & alliga  
 contritiones eorum. Mittit Zachariam c. 11. cum minis, & ille,  
 Assumpsi mihi duas virgas, unam vocavi decorum, & alteram ro-  
 cavi funiculum, decoris virga dissipabitur, sed manebit funi-  
 culus. Deflemus fractam virgam, fracta omnia, fortitudo &c.  
 intentiones bonæ, N. sed hæc omnia apud DEUM integra-  
 Oœæ 14. Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè, in  
 quasi ros, Israël germinabit sicut lily, & erumper radix ejus  
 Libani, & erit quasi oliva gloria ejus. Hoc unguentum sanabit  
 has fracturas. Est in cœlo Apoc. 28. In medio plateæ ejus lignum  
 vite, & folia ligni ad sanitatem Gentium. Metiebarur civitatem  
 illam Angelus arundine aurea, ut feliciter cuique daret locum  
 juxta ejus merita, est arundo quoad nostra merita, quoad mo-  
 rita Christi aurea. Debemus fulcire non solùm Patriam, Ec-  
 clesiam, sed & nos ipsos. Cant. 8. Quæ est ista qua ascendit  
 innixa super dilectum suum? Super ejus merita cooperando  
 per poenitentiam &c. In Christo spes nostra. Cant. 5. Crux  
 ejus columnæ marmoreæ. Non fregerunt hæc crux milites,  
 cùm Joan 19. latronum frangerent. Ratio est i. Petr. 5. Quia,  
 DEUS gratia in Christo JESU nos perficit, confirmat, solidatque,  
 Sed debet esse Christus à nobis dilectus ut ei innitamus, opus  
 amore & operibus. Rom. 13. Plenitudo enim legis dilectio est.  
 Joan. 14. Qui habet mandata mea & servat ea, ille est, qui dil-  
 git me. Nostræ actiones sunt arundo, sed meritis Christi im-  
 mertæ fiunt arundo aurea. In hoc fulcro fundavit se spes de-  
 functi N. Innixus non super opes, dignitates, sed super dilec-  
 tum suum. Confessus, &c.

In Fu-